Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

INCIPIUNT CAPITULA REGULE PAULI ET STEPHANI

I Primum timore dei et caritate mutua puri cordis et unanimitate habeant.
II Quales erga iuuenes esse debeant seniores. III Quale erga seniores se iuuenes exhibere debeant. IIII Vt a opere dei nullus inpunitus discedat.
V Vt initium uersus in choro incipiat a bono. VI Vt uigili pronuntietur per chorum.
VII De modo psallendi et seniores arbitrio. VIII Vt cantantes non dormirent. VIIII Vt cantantes et orantes nullis uel tenuiter fabulis occupentur. X Vt dicta prima nullus se in lecto reconlocet. XI Vt meridiano tempore unus quisque in suo lectulo dormiat. XII Vt opus dei fratres cum disciplina in oratione decantent. XIIII Vt quando communicandum est omnes qui intra cellam sunt studeant esse presentes. XIIIII Vt ea canterentur quae iussa sunt cantare. XV De his qui psalmos discunt ut dictatoribus delegati obseruent. XVI Vt accepte a minoribus cum more reddant ad mensam. XVII Vt super statutum modum nullus in cibo et potu presumant. XVIII Vt reficientes cum quiete audiant quae leguntur. XVIIII Vt ad mensam nullus sibi peculiariter aliquid comedendum procuret. XX Vt nullus de mensa deputata migret in aliam. XXI Vt calix super fundens non misceatur. XXII De uicibus ministrorum. XXIII Si de ordine iuniorum quisquam a ministerio fuerit segregatus. XXIIII Vt nullus de assignato presumat alterius. XXV Vt hi quibus custodia commissa est de uota caritate deseruiant nec ipsi econtra inprobe contristent. XXVI Vt cellarium et artificum officinas nullus inportune non iussus introeat. XXVII Vt de reb alterius nullus sibi adtendendum presumat nec inter se liceat commutare. XXVIII De uestimentis et lectualibus lauandis. XXVIIII Si in usu poris nullus tonsurae. XXX De eo quod alio perdente alter se inuenerit. XXXI De his qui quale cumque artem discere uolunt. XXXII Vt in pistrinum uel ad omne opus terrenum unus quisque promte occurrat. XXXIII De labore preteriti temporis et quid de his qui negligentes sunt quicquam deinceps tardius subtractum sit. XXXIIII Dortatio ut consueta omittatur pigritia. XXXV De seruamentorum in operatione custodia. XXXVI Vt precantem nullus tegat. XXXVII Ab inmoderato loco et risu abstinendum. XXXVIII Vt aliis linguantibus se non permiscerat alter. XXXVIIII Vt nullus causis extraneis se insertat. XL Vt contra rusticorum praua excessus nullus humana uirtute se audeat uindicare. XLI Quod patrum regulis legantur assidue.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT REGULA PAULI ET STEPHANI